

1184 interim popularem<sup>1</sup> cantabat quidam sacerdos nomine Radoz-  
 laus, qui animam eius populo commendans dicebat, quod  
 ipsi magis indigerent ab eo commendari, quam ut eum  
 commendarent Domino. Postea profecti cepto itinere in media  
 fere via obviam habuimus multitudinem copiosam cle-  
~~extinctum~~ ricorum et conversorum Syloensium extinctum patrem  
 flentium, dolentium, deducentium usque ad illum locum,  
 ubi communem resurrectionem expectat. Interea trans-  
 itus eius domino Henrico, venerabili Pragensi episcopo,  
 nunciatur, quique mandavit, ut nequaquam eo absente

feb. 22 sepeliretur, quod et factum est. Nam venit feria quarta,

q̄nta P 23 et quinta eum sepelivit portans propriis humeris  
 venerabilem glebam<sup>2</sup> cum Theobaldo, glorioso duce, collabo-  
 rantibus IIII<sup>or</sup> abbatibus, quos tunc affuisse recordor.

Affuit autem ibidem magna multitudo nobilium et  
 ignobilium virorum pariter et mulierum sanctum  
 funus cum planctu prosequentium, cui planctum non  
 vidi similem in diebus meis. His ita peractis reversi  
 sunt unusquisque in sua spiritum eius et anima in  
 sua receptis. Dormivit autem venerabilis Dei famulus  
 abbas Gotsalcus anno etatis sue LX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, sacerdotii  
 XL<sup>o</sup>, cum rexisset Syloensem ecclesiam pastor et abbas  
 triginta quinque annis et mense uno, sub Friderico  
 imperatore Romanorum et Friderico duce Boemorum,  
 sub Henrico Pragensi et Pilgerimo Olomucensi episcopis,  
 anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>,  
 cuius regni non erit finis in secula seculorum, amen. Luc. 1, 33  
 Successit autem eidem in regimine Syloensis ecclesie

1) Hoff für publicam.

2) Dñ Cange 4, 77.

(gleba = corpus, cadaver)